Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

& dicatas deo mentes euiscerantis corporibus extorquent: Cum talibus nuc
congredi & disputare contendimus: Hos ad veritatem ab incepti persuasione
traducere: qui sanguinem fratrum hauserunt q̃ uerba iustorum: Quid igi
tur: optimum ne pdemus: Minime: Nam si luctari hosta morte: ad quam co
citatissime tendunt: non potuerimus: si a bello itinere deuio ad uitam luce
q; reuocare: Quoniam ipsi saluti suae repugnant: Nostros tamen confirma
bimus: quoz est stabilis ac solidis radicibus firmata & firma sententia: Hutu
h. plurimi ac maxime qui aliquid harum attigerunt: Nam & in hoc phi
& oratores & poete pnitiosi sunt q̃ incautos animos facile inrerire possunt
suauitate sermonis & carminum dulci modulatione currentium: Ob eamq;
causam uolui sapientiam cum religione coniungere: ne quid studiosis ma
nis illa doctrina possit officere: Verum scientia harum non mo nihil nocet
religioni atq; iustitiae: sed & prosit q̃ plurimum: si is qui eas didicerit: sit in ui
rtutibus instructior in veritate sapientior: Preterea & si nulli alij nobis certe
proderit: delectabit seconscientia gaudebitq; mens veritatis se luce uersari:
Quod est animae pabulum incredibili quadam iocunditate pfusum: Vez
non est despandum fortasse non canimus surdis: Nec h. tam in malo statu
resest: ut desint sane mentes: quibus & veritas placeat et in non statum sibi
rectum iter et uideant & sequantur: Circulinatur modo poculum celes
tis melle sapientiae: ut possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione
potari: dum illicens prima dulcedo acerbitatem saporis asperi sub pretextu
suauitatis occultat Nam hoc in primis causa est Cur apud sapientes & doctos
& principes huius seculi scriptura sancta fide careat: quod pphe cõi ac simplici
sermone: ut ad pplm sint loquium contempniuntur: Sicq; ab his qui nihil au
dire uel legere nisi expolitum atq; disertum volunt: nec quicq̃ imbereit animis coz
por: nisi quae eis blandiore sono mulcet: Illa vero que sordida uidentur: multa in
epta uulgaria existimantur Adeo nihil verum putant: nisi quod auditu
suauae est: nihil credibile: nisi quod por mentere voluptatem: Nemo rem veritas
te ponderat sed ornatu: Non credunt ergo diuinis: quia fuco carent: sed ne illis q
dem qui ea interpretantur: Quia sunt & ipsi aut omno rudes: aut certe parum
docti: Nam ut plene sint eloquentes: p raro contingit: cuius rei causa in apto e:
Eloquentia h. seculo seruit pplo se iactare & in rebus malis placere gesit: Sigdem
veritatem sepius expugnare conatur: ut vim suam monstret: opes exprit: honoes
concupiscit: summu denique gradum dignitatis exposcit: Ergo hec qi humilia despi
cit arcuma tamq̃ contraria sibi fugit: Quippe que publico gaudeat & multitu
dinem celebritatemq; desideret. Eo fit: ut sapientia et veritas idoneis precoribus
indigeat: & si qui forte litteratorum se ad eam contulerunt: defensionem eius no